

## Band XI., Nr. N5607, Seite 487

*Gütlicher Vergleich im Streit zwischen dem Kloster St. Blasien und dem Pfarrer von Seekirch wegen einer Gült.*

Biberach, 1254. September 30.

Ut facta modernorum posteris elucescant scripturarum solent indiciis perennari. Mota igitur questione inter reverendos in Christo abbatem et conventum monasterii Sancti Blasii Nigre Silve ex una et H. plebanum ecclesie in Sekilche ex parte altera super eo quod iidem abbas et conventus proponebant antecessores suos in constructione capelle in Alashusen constituisse plebano dicte ecclesie de dimidio mansu qui wideme dicitur<sup>a</sup> duodecim solidos denariorum usualis monete in festo beati Andree apostoli annis singulis exsolvendos, quem dimidium mansum propter hoc sibi dictus plebanus totaliter vendicabat. Demum idem plebanus certior super hiis factus liti cedens dictos XII solidos a se et successoribus suis recipiendo iuxta quod dicti . . abbas et conventus sive camerarius eorum proposuerant acceptavit ita quod locatio dicti dimidii mansus et alia iura apud . . abbatem et conventum maneant suprafatos.  
 Actum Bibrach in domo Bertoldi institoris, anno domini MCCL quarto, pridie kalendas Octobris, indictione XIII., presentibus Heinrico preposito de Ochsenhusen, Alberto camerario, H. plebano in Hiurwile, Dietrico villico de Allashusen, C. et H. fratribus eius, Wernhero Flurar<sup>b</sup>, C. villico, Heinrico fabro, Hain, shulthaize de Utinwilare, Bertoldo de Mose<sup>1</sup>, Hermanno fratre suo, Manigozo de Achin<sup>2</sup>, Wern. villico de Wolpach<sup>3</sup>, Dietrico villico de Aphingen<sup>4</sup>, Ber. fratre suo, Eberhardo dicto Blesti, Friderico de Atinwilare et pluribus aliis. Ut autem hec omnia firmiora permaneant, hanc cedula exinde conscriptam reverendi in Christo prioris in Ochsenhusen et Waltheri nobilis de Warthusen sigillorum appensionibus procuramus roborari.

---

Der Textabdruck folgt dem Kopialbuch des Klosters St. Blasien des 14. Jahrhunderts auf Pergament, S. 103, im Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten.

<sup>a</sup>Verschrieben *dce*.

<sup>b</sup>Über der Zeile für gestrichenes *fabro*.

<sup>1</sup>Mösmühle.

<sup>2</sup>Illereichen.

<sup>3</sup>Goldbach.

<sup>4</sup>Öpfingen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

**Signatur/Titel des Originals:**

Kopialbuch des Klosters St. Blasien

**Überlieferung und Textkritik:**

Kopialbuch datiert aus dem 14. Jh.

**Editionen:**

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 464 f., Nr. 366.

**Literatur:**

Müller: Privaturkunden Kloster St. Blasien, S. 14 und S. 88, Nr. 77.  
Ott: Klostergrundherrschaft, S. 37, Anm. 18.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Abschrift

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Biberach

**Ortsindex:**

Alleshausen Wohnplatz (17039)<br> Alleshausen, BC<br> Attenweiler Wohnplatz (17050)<br> Attenweiler, BC<br> Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)<br> Biberach an der Riß, BC<br> Goldbach Wohnplatz (17424)<br> Goldbach, Ochsenhausen, BC<br> Hürbel

### III

Wohnplatz (17780) <br> Hürbel, Gutenzell-Hürbel, BC <br> Illereichen, Altenstadt, NU <br> Mösmühle Wohnplatz (17128) <br> Mösmühle, Biberach an der Riß, BC <br> Ochsenhausen Wohnplatz (17448) <br> Ochsenhausen, BC <br> Seekirch Wohnplatz (17599) <br> Seekirch, BC <br> St. Blasien Wohnplatz (15605) <br> St. Blasien, WT <br> Uttenweiler Wohnplatz (17733) <br> Uttenweiler, BC <br> Warthausen Wohnplatz (17758) <br> Warthausen, BC <br> Öpfingen Wohnplatz (16919) <br> Öpfingen, UL